Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ero similis descendentibus in lacum. off. Ad te dne leuaui animam meam ds meus in te confido non erubescam neq; irridеant me inimici mei etenim uniuersi qui te expectant non confundet. co. Iustus dns et iustitias dilexit equitatem uidit uultus eius. Deus in adiutorium meum intende dne ad adiuuandum. Gr. v. Confundantur et reuereantur inimici mei qui querunt animam meam. ps. Auertantur retrorsum et erubescant qui cogitant mihi mala. Gr. Propitius esto dne peccatis nris ne qn dicant gentes ubi est deus eorum. v. Adiuua nos deus salutaris nr et propter honorem nominis tui dne liba nos. off. Precatus est moyses in conspectu dni dei sui et dixit precatus est moyses in conspectu dni dei sui et dixit quare dne irasceris in populo tuo parce ire animae tuae memento abraham ysaac et iacob quibus iurasti dare terram fluentem lac et mel et placatus factus est dominus de malignitate quam dixit facere populo suo. com. Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum ego apud eum in. Gr. vi. In me manet et ego in eo dicit dns. Iustitiam apparebo in aspectu tuo saciabor dum manifestabitur gloria tua. ps. Exaudi dne iustitiam meam intende deprecationem meam. Gr. Ad dnm cum tribularer clamauit et exaudiuit me. v. Dne liberabit animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa. off. Dne in auxilium meum respice confundantur et reuereantur qui querunt aiam meam ut auferant eam. co. Tu dne seruabis nos et custodias nos a generatione hac in eternum. Sabbto. Lex dni irreprehensibilis conuertens animas testimonium dei fidele sapientiam prestans paruulis. ps. Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annunciat firmamentum. Gr. Bonum est confiteri dno et psallere nomini tuo altissime. v. Ad annunciandum mane misericordiam tuam et ueritatem tuam per noctem. off. Illumina oculos meos ne qn obdormiam in morte ne qn dicat inimicus meus prualuit aduersus eum. co. Oportet te fili gaudere quia frater tuus mortuus fuerat et reuixit perierat et inuentus est. Dō. iij. Oculi mei semper ad dnm quia ipse euellet de laqueo pedes meos respice in me et miserere mei quia unicus et pauper sum